

*vel illustrata, nam frons eius nivei candoris est, albedine liliata, oculi claritate preradiant amenanti, nasus iusto moderamine nature polite perpolitus non evadit ultra medietatis formose spatia et citra medietatis temperiem non subsistit, labra genialis coloris perspicua rubedine inflammata totius solacii, totius delectationis, totius pulcritudinis in se preferunt dignitatem*¹³⁵.

Decima est permutatio, que est oratio aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea dividitur in tres partes: in similitudinem, argumentum et contrarium¹³⁶. Per similitudinem sumitur aut causa laudis aut causa vituperii¹³⁷, ut, cum dicitur de aliquo pulcro Paris, de aliquo deformi Tersites, et cum aliqua mulier sollicita Martha¹³⁸ dicatur, vir vero deses et piger nuncupetur Birria¹³⁹. Per argumentum tractatur, cum a persona aut loco aut re aliqua similitudo augendi aut minuendi causa ducitur¹⁴⁰, ut: *Errat Ulricus Polonus, si contra me facere quid attemptat, nam me vivente valide habene facundie suos dentes compriment et eloquentie iugo domitus noscet obedire maioribus, mitius cum minoribus agere et pares equanimiter tolerare*. Modo sumpta similitudo est per argumentum a frenis et iugo: *Est enim intentio, quod me vivente rationabiliter superbia*

m) verbessert aus dicitur Hs.

135) Vgl. für beide Beispiele Galfridus de Vinosalvo, *Poetria Nova* 564–580 (Beschreibung der Frauenschönheit); 773 f. (Beschreibung des Körpers), *F a r a l* S. 214 f. und S. 221; Alanus, *De Planctu Naturae* II Z. 13–19, *H ä r i n g* S. 809.

136) Vgl. *Rhet. Her.* IV 46.

137) Diese Definition dürfte von Heinrich selbst stammen. Sie hat nichts zu tun mit der Auctor-Definition *cum translationes plures frequenter ponuntur a simili oratione ductae* (*Rhet. Her.* IV 46). Siehe dagegen in anderem Zusammenhang Cicero, *De inventione* I 7: *Demonstrativum* (sc. genus) *est quod tribuitur in alicuius certae personae laudem aut vituperationem*. Die folgenden Beispiele (Paris – Thersites – Martha – Birria) lassen bei Heinrich keinen Unterschied zwischen permutatio und translatio erkennen. Heinrich hat offensichtlich die Auctor-Definition für permutatio per similitudinem nicht verstanden, ebensowenig wie *per translationem argumento poterimus uti* (*Rhet. Her.* IV 46). Zur Klärung der permutatio vgl. Bene Florentinus, *Candelabrum* II 47, *A l e s s i o* S. 67 f. Bene Florentinus folgt dem Auctor, gibt aber genaue Erklärungen und verständliche Beispiele für die einzelnen Möglichkeiten.

138) *Luc.* 10, 41: *Martha, sollicita es et turbaris erga plurima.*

139) Fauler, nachlässiger Sklave im „Geta“ des Vitalis von Blois (ed. E. G u i l l o u , in: G. C o h e n , *La 'comédie' latine en France au XIIe s.*, Bd. 1 (1931) S. 1–57), vgl. z.B. V. 61–84. Davon beeinflusst wohl „Pamphilus, Gliscerium et Birria“ (unbekannter frz. Autor 2. Hälfte 12. Jh.; Druck: A. S a v i , in: *Commedie latine del XII e XIII secolo*, hg. F. B e r t i n i , Bd. 1 (1976) S. 199–277), dort v. a. V. 127–142 (Faulheit) und 47 f. (Verbindung Birria – Martha). Faulheit des Birria auch bei Galfridus de Vinosalvo, *Poetria Nova* 1366–1380, *F a r a l* S. 239.

140) Vgl. *Rhet. Her.* IV 46.